

hic profiteri deuotumque animum declarare, & pia voluntas, quae VOBIS debetur, & animi candor, qui a Deo probatur, mihi persuaferunt. Quapropter non dubito fore, vt vos, PRINCIPES CLEMENTISSIMI, hoc leuidense munusculum propitiis oculis vsurpatum VESTRA gratia dignum censeatis. Quod superest Numen diuinum supplex veneror, vt vos, SERENISSIMI PRINCIPES, in solatium atque spem bonorum saluos & incolumes quam diutissime conseruet, resque omnes, quas pro salute Ciuium geritis semper ex voto fluere iubeat. Me vero atque meos in posterum VESTRAE benignitati submissa animi veneratione commendo.

VESTRIS NOMINIBVS
SERENISSIMIS

deuotissimus

IO. GERLACVS EVTENNEVERVS,

Alsdorfio - Saynanus

S. S. Th. Cult.